


68 EVCLID. ELEM. GEOM.  
dem habebunt propositionem; si, prout inter  
se respondent, ita sumptæ fuerint.

A  
Theorema 5. Propo-  
sitio 5.

Si magnitudo magnitudinis æ-  
què fuerit multiplex , atque ab-  
lata ablatae : etiam reliqua reli-  
quæ ita multiplex erit, vt tota to-  
tius.




Theorema 6. Propo-  
sitio 6.

Si duæ magnitudines , duarum  
magnitudinum sint æquè multi-  
plices , & detractæ quædam sint  
earundem æquè multiplices : &  
reliquæ eisdem aut æquales sunt, aut æquè  
ipsarum multiplices.

Theorema 7. Propo-  
sitio 7.

Aequales ad eandem eandem ha-  
bent rationem : & eadem ad æ-  
quales.



Theorema 8. Propo-  
sitio 8.

Inæqualium magnitudinum maior ad ean-  
dem